

et brachiorum ad se evocavit. Deum O. M. oro, ut T. G.
Ecclesia et Reipublica diu incolumem servet. Heidelbergae
2. Octobris 1592.
D. Pareus.

D. Eusebio Cebro, Ecclesiae Langavensis Pastori.
D. Pareus

213/
Salutem et pacem à Domino, Honorande Frater. Mitto tibi,
quem petis, libellum Herdecani: quem si non vidisti, cum sto-
macho velim ne videas. Ad eo est os illi impudens. Sed recte fa-
ctum, quod directè à nemine est impugnatus ille: sic enim
silentio jam sepultus jacet. Huberi Apostolica maledicentia
nunc primas agit in hoc theatro. Sed silentio vindicandam
cenfuius, ne serviamus libidini hominis, qui nil nisi nomi-
nis famam quærit per antagonistam aliquem. Interim non
leves turbas passim excitat, et velim nostros de his controver-
siis opodopaddor' rā avrā dokēir kai lēgēr. Oro Filium
dei, ut Ecclesiam suam servet, et te cum suis symistis præ-
stet incolumes diu: quos in Domino saluto. Vale Heidelbergae
7. Septembris 1592.

Pantaleoni Candido Salutem D. Pareus.

214/
** Nosti Huberum Wittenbergam vocatum. ibi erit unguis in
ulcere Ecclesie ad tempus. Nam diu inter pariter tam superbos
Synagogy non diu conveniet spero: et trahet ad poenam
i dixi hominem avrokatatēlar. Interim scis, ut Bernatē
valedictionem ejus nuper acceperint. Promulgato nimirum edicto
ad omnes Praefectus suos omnia maledicia ejus scripta ex finibus
proscripserunt. Quid contra nostram fofiam et hanc sareptam
Bonoi tentent et variè machinentur, non te latet. Juva ergo
nos precibus tuis cum fratribus apud Deum, ut Ecclesia hoc qua-
liacūq; Halyonia servet. ** Vale Heidelbergae 16. Novembris
1592.